

I. N. J.

הַלְוִיִּם

Sive

ORDO LEVITARUM
IN ISRAELE,
SPECIMINE PHILOLOGICO
ADUMBRATUS,
Consensu Ampliss. Facult. Philosoph.
PRÆSIDE

Admodum Reverendo atq; Amplissimo

D^N. M. DAVIDE LUND/
Sacrar. Lingvarum Professore in Regia
Academia Aboënsi celeberrimo, Præ-
ceptore suo submissè devene-
rando,

Ac in Examen eruditorum delatus

â

JACOBO WERANDRO,
O-Bothn.

Ad diem 9 Martii, A. 1695.

Impr. apud Jo. WALLIUM.

Chr. G. Laijanus

PATER IN CHRISTO

Reverendissime,

DN. JOHANNES
GEZELI,

S.S. Theol. Doctor Celeberrime,
Diœcesios Aboënsis Episcope lon-
ge Gravissime, nec non Regiæ
Academiæ Pro-Cancellarie Am-
plissime, Consistorii Ecclesiastici
Præses Eminentissime, Mece-
nas & Patronæ Ma-
xime.

Misi de Vestræ Reverendissimæ Paternitatis in literarum cultores nunquam satis depredicando favore mihi constaret, vererer pumilum partum ingenioli mei, hæcce pagellas offerre. Verum cum & omnibus aliis & mihi notum sit, Vestræ Reverendissimam Paternitatem, illos qui ad Musas affectant viam, incredibili favore amplecti. Curæ prætium duxi si me hisce ut ut levibus commendatum Vestræ Reverendissimæ Paternitati irem, qui cæteroqvi indefinenter DEUM sollicito, velit Vestræ Reverendissimam Paternitatem in omnium salutem diu incolunem servare, qvod vovet is qui semper est Reverendissimæ Vestræ Paternitatis

humillimus cliens

J. WERANDER.

VIRO

Plurimum Reverendo & Clarissimo

DN. M. JACOBO FALANDRO,

Eclesiae Cronobyensis Pastori dignissimo, Praeposito per suum districtum accuratissimo, studiorum meorum Promotori ut per benigno, ita cultu obsequiose humilime colendo.

Pl. Reverendo & Doctissimo

DN. JOHANNI FORSMAN,

Ecclesiae Neo Carlebyensis Pastori Vigilantissimo, fautori pia observantia reverenter suspiciendo.

Reverendo acq. Doctissimo

DN. GABRIELI WERANDRO,

Seniori, Sacellano in Cronoby merito, Patruo meo dilectissimo, indesinenter observando,

Venerabili & Doctissimo

DN. ERNESTO GRANDELIO,

Civitatis & Parociae Veteris Carlebyensis Sacellano dignissimo fautori suo quovis officiis Prosequenda,

VIRO

Pl. Reverendo & de Ecclesia DEI benemerito

DN. MARTINO GALLE,

in Wōro Pastori laudatissimo , literarum
estimatori dexterissimo , indeque Promoto-
tori , Patrono, atque Fautori meo optimo,
quovis obseqvii & officii genere ad fata ul-
tima prosequendo.

Pl. Reverendo Doctissimogz

DN. JACOBO WEZYNTIO,

Cœtus qui in Veteri Carleby & parœcia
adjacentē Deo colligitur Pastori optime con-
stituto, fautori devenerando,

Reverendo & Doctissimo.

DN. CAROLO WERANDRO,

Sacellano in Cronoby fidelissimo, Parenti
meo carissimo, filiali obsequio humillime
colendo.

Venerabili Doctissimogz

DN. GABRIELI WERANDRO,

Juniori V. D. Comministro Ecclesiaz Cro-
nobyensis perindustria, ut cognato bone
ita quibus par est officiis prosequendo.

Ut semper Promotores ac Fautores optimè
vester favor Vestraque benevolentia me
amplexa est, ita etiam indignum semper
putavi me ab officiis unquam cessare
vobis præstandis. Verum cum nunc
absens alia ratione paratissimas erga vos
operas non declarare possum, Nomina
Vestra qua pat est Reverentia hic sive
libo sive recolo unde, videre est eo modo
quo fieri potest me vestro servitio dica-
tum memet velle. Accipite ergo hocce
ingenioli mei specimen animis benevolis
in gratitudinis quod offero signum.
Ero autem vobis de officiis semper de-
bitis, paratissimus.

JACOB. WERANDER.

In Dissertationem elegantem

DE LEVITIS,

Juvenis Praestantissimi & Politissimi,

DN. JACOBI WERANDRI

O-Bothniensis,

Bonarum & liberalium artium cultoris
eximii, Amici & Commilitis mei
magnopere dilecti,

Gratulatio.

Mοχθίζειν βελῆ τ' ἀγαθῆ καὶ δαι-
μονι χρησῶ,
Οὐδένα δὲ πενιχρὸν ποιεῖ, ἀλλ' ὅλου

ἐκάστῳ

Τίκτειν γίγνεται γάρ τε κακὸν δοκεόν τέλος
ἔωθλον,

Ἐργμασιν δὲ ἔπειτα γε βοηθῶν εὐάρεστα πάντα.
Ταῦτα δὲ Θεὸς μοναρχοῦ φίλοι, μοχθῶντες βοηθῶν.
Ωὐ σὺ μὲν ἔυχας' ὦ, μέγα κρήτος, πλλὰ
ΟΤΕΡΑΝΔΡΕ

Μοχθήσαις, καὶ τὴν ἄμβρων μετέχῃν φυγα-
δεύσας.

Καὶ νῦν, τό δὲ ἀτρεχεῖς, ἔξεις οὐκέτος τε τύ-
χην τε,

Quod vovet qui lubens meritoq;
hoc reliquit

DAVID LUND.

Doctissime & Humanissime
Dn. JACOBE WERANDER;
Dissertationis hujus Autor & Defensor
industrie, Amice dilecte.

HActenus Aonidum fueras ac-
ceptus alumnus,
Quæ te finxere & lacte aluere suo;
Nunc, ceuhæc charta docet, mutas
Helicona Sione,
Cuius te nunquam pœnituisse
potest.

Namq; Helicon paucum pauper si
vendit honorem,
Quam duris fatis is redimendus
erit!

Contra, non terris tantum te Nym-
pha Sionis
Ditat, at in cœlis præmia cen-
tuplicat.

Tui Studiofissimus
L.Mg. Scrib.

TORST. RUDÆEN.



THESIS I.

Tnfelix illa mortalium à Crē-
atore defectio, ut reliquis
nos imaginis divinæ spo-
liavit dotibus, sic & DEI
cognitione sufficienti ad
salutem. Hinc optimus DEUS ne sui
ignorantia nos in exitium præcipites
daret, voluit se miseris ac cœcis nobis
patefacere, qvod etiam ex gratia, inde à
primi Evangelii denunciatione, proto-
plastis seqventibus temporibus, longæ-
vis Patriarchis ac patribus re ipsa mon-
stravit. Cum vero ex æterno bene-
placito, peculiarem feligeret gentem,
cui colendi se rationem revelavit, Ju-
daicam scilicet, hanc in peculium sibi
per liberationem à servitute trecen-
torum præter propter annorum Ægy-
ptiaca, manu forti ac brachio extento
asserendo; placuit ipsi ut ordinis non

A

con-

3

confusionis DEO, eam peculiari quadam ratione ac θεοχρήστεια moderari. Instituit igitur hocce regimen non modo qua Politiam, leges civiles sanctiores ad istius gentis statum ac genium condendo, sed etiam qva ordinationem in functionibus Ecclesiasticis, in qvibus Messia^z beneficia sub typis adumbrata, significavit. Qvod ipsum, ut luculentum qvoddam sapientiae suæ divinæ in populo suo, extare voluit documentum. Qvo & ipsi Judæi qvoad externi sui cultus institutionem, à reliquis distinguenterentur gentibus. Inter duodecim vero tribus, qvibus judaica continebatur Politia, speciali DEI nutu ac sanctione, sacræ functioni à DEO constitutæ, destinabatur Levitica. Hæc vero tribus ut in tres dispescebatur ordines, ita honoris pariter, ac sacerdotii distabat gradu. Scilicet summus sacerdos seu pontifex qvi & הכהן הגרוֹל dicebatur 2. Reg. 23. 4. הכהן הראש pri-
mum obtinuit locum, posteriorem sacerdotes secundi ordinis, qvos 70.

In-

Interpretes ἱερεῖς δευτερέουσις appellant, ac ultimum Levitæ strictè sic dicti servabant. Hanc hierarchiam Israeliticam appellat D: Paulus Cap. 7. II.
 λευΐτικὴν ἱερωσύνην Lebiticum sacerdotium ac τῷ ξεινῷ Ααρὼν propter allatas procul dubio rationes, scilicet iερουζαλαμ penes Aaronidas confirmationem, ut videre est I. Paral: 23. 13.

THESS: II.

Quemadmodum rerum ad suum cultum facientium, sacram penes suos cultores semper requisivit agnitionem, sic communi ratione ac modo non placuit ut earum susciperetur administratio; hinc peculiari, etiam administras causas præfici lege sua præcepit. Neminis dubium erit cui vel extcrius & in cortice lustrare contigit Cap: Exod: 29. ubi mandatum hujus rei sistitur, sicut executio ejusdem Lev. 8. quin Sacerdotes secundi ordinis representatione coram Domino, lotione, vestium inductione, unctionibus, aliisque inaugurati sint solem-

lemnitatibus. Qvod vero & Levitis; qvi ad operas sane serviles expedien- das adhibebantur, solenni ritu sit mu- neris functio delata, avet pernoscere mens. Id hacce methodo expediemus, si imprimis Levitarum *consecrationem*, ve- stimentorum *officij* ac habitæ ætatis rationem consideraverimus, mox qua- druplicem ordinem ministrantium, *Præ- fectorum*, *Judicum*, *Musicorum*, *Janitorum* apposuerimus, & si licuerit ex occasio- ne, uno alterove verbo de *Natbeneis* di- xerimus.

TH. III.

Ut ut omnes qvi tribu levitica oriundi, generali qvadam insigniri pos- sint appellatione *Levitæ*, qvo sub tam la- xa etiam acceptione Aaronis sive *A- aronidarum* comprehendi queat ordo, cum & ii Levitæ sint, eaq; de tribu o- riginem trahant; usus tamen obtinuit ut levitæ speciatim appellantur qvi Levi genitore eqvidem sati, interim lineæ Aaro- nitæ non debent ortum suum, cum constet Levi plures habuisse filios, qvo- rum

rum texitur catalogus Exod: 6. 16. seq. Interim residere dignitatis sacerdotalis eminentiam DEUS voluit penes lineam Aaronis, ceu *pactum perpetui sacerdotii* semini ejus factum. Num, 25. 13. qvibus sacerdotibus hi ministeria ac obsequia sua per vices obeundis in ministeriis sacri partibus, imprimis in Tabernaculo post vero in templo, deferebant ac præstabant, prout ab his tum gradu ium inferiorum operarum exercitio, ut & conferationis ritu, discernebantur. Nam eorum cum cæteris non peragebatur initatio, sed post eos, nec a Moſe verum ab Aarone ut probabile censetur, inaugurarabantur, præterea nec *unctionis oleo* sed aqua duntaxat aspergebantur.

THES. IV.

Ante Levitarum consecrationis solemnem actum, nonnulli Ritus præmissi sunt, qvorum deprehendere licet descriptionem Num: Cap. 8. v. 6. ac seq. ubi præprimis tria observanda erunt.
 1. *Purificatio* 2. *Consecratio* 3. *applicatio ad mini-*

ministerii usum. Purificatio 1. aquæ lustralis seu piacularis peragebatur . alpersione juxta verba versus 4. Sparge super eos חטאת נסיך מ id est aquas peccati quod per ὑδωρ αγνοσμόν LXX expessere Interpretes, aquam scilicet purificationis, de qua communis est Doctorum opinio, quod fuerit eadem quæ cineribus rufæ permiscebatur vaccæ, pro peccatis populi combustæ, quæ Num: 19, v. 9. describitur per aquam חטא רשות נסיך & separationis & peccati, adhibenda iis, qui propter iminunditatem aliquam legalem, sive ē contactu cadaveris, vel aliunde contractam, ē cœtu separati erant, anteqvam rursus in eum reciperentur. 2. pilorum corporis per novaculam abrasione ad præceptum versiculi ejusdem novaculam ducetis super totam carnem. quæ procul dubio externa ceremonia, secularium desideriorum resectio ac ē cordis latifundio evulsio, designata est, ne fœtidis depravatæ carnis operibus ex proposito commissis vel commitendis, Domini Sanctissimi, cuius jam servitio ad-
 dice-

dicerentur, in exitium animæ suæ, indignationem accerferent gravissimam.

3. Initiationis Ritus etiam *vestimentorum* continuabatur *lotione* juxta textum lavabunt *vestimenta* sua. Hæc lotio legitur usurpata Lev. 14.8. in leproforum hominum expiatione 4. Antecedentia consecrationem ipsam, cludebantur sacrificiorum *oblatione*, qvorum unum in peccati propitiationem, alterum in holocaustum Jehovæ, paratum fuit; sic verba mandati sonant Num: 8. sæpius citata: *Postea accipient Juvencum sub rumum Heb. filium bovis; cum munere ejus simila mista oleo; & juvencum unum in peccatum, alterum in holocaustum Iehovæ ad expiationem faciendam pro Levitis v.8. & 12.*

TH. V.

Hilce sic peractis ipsa constituebatur *conseratio* 1. *ad gesuτ* seu coram Domino Levitarum representatione: jube, sonant verba, levitas accedere ante Tentorium conuentus v. 9. & 10. admovebis levitas coram Iehova Domino. 2 manuum im-

posi-

positione seu *χειροτονία*, & nintentur filii Israe-
 lis manibus super ipsos Levit. 15. Intel-
 ligunt nonnulli per filios Israelis hic
 primogenitos, quorum loco Levitæ
 DEO sunt consecrati; qui imponendo
 levitis manus, consentiebant in eorum
 electionem ac Amen dicebant: rationem
 adducunt ex eodem cap. v. 16. ubi
 memorantur primogeniti: atque eo
 allusisse existimant Apostolum in ad
 Heb. cap. 12. v. 13. dum de ἐκκλησίᾳ
πρωτότοκοι loquitur seu *primogenitorum*; nam primogeniti sancti ac
 consecrati erant Domino Exod. 13. 12.
 Hinc omnes sanctificati sanguine fra-
 tris nostri I. C. primogeniti, dicuntur
primogeniti in Cœlo scripti, hoc est libro
 vitæ. Fortassis dilucidior ac conveni-
 entior est sententia, quæ nomine filio-
 rum Israelis intelligi principes populi,
 nomine totius multitudinis, manus
 his qui imposuerint, statuit. Per ve-
 ro hanc *χειροτονίαν* (differt enim a *χειρο-*
τονίᾳ, finis *χειροτονίας* fuit, ut ubi legiti-
 ma vocatio & ordinatio requireretur
 ad

ad docendi munus, locus esse nequirit serendis ψευδαρχίας venenis; χαρονία vero est consensio in ordinationem, ac usurpabatur in suffragiis ferendis. Atque ubi occurrit in N. T. hæc vox debet accipi commode de electione per suffragia Act. 14. 23. 2. Cor. 8. 19. Seqvebatur χειρόσονιας χειροθεσία 1. Tim. 5. 22; voluerunt significare levitas oblatos Domino in peculium, eorum quasi consensu, imminunes ab omni civili onere ac manu missos esse debere. Adeoque Isthac impositione usi, ut aliquale devotæ suæ comprehensionis exhiberent symbolum, ac contestandæ simul approbationis gratia, hancce levi prosapiam in ministerium Jehovæ transiisse 3. facta est consecratio levitarum, oblatione ac agitatione eorum Domino nam v. II, cap: læpius citati, præcipitur Aaroni afferre Levitas תְּנִפְתָּח oblatione vel potius agitatione, quod fiebat modice cleuando eos, in omnes quatuor mundi plagas in modum crucis, quo significabatur eos totius

tius terræ consecratos esse Domino. Verum possit non nihil suboriri dubii, qva ratione Aahron isthoc ritu tot millia levitarum obtulerit & qvidem *viritem*. *Cornelius a lapide* opinatur hos tantummodo a Pontifice summo consecratos, qvi tum temporis ministraturi essent in Tabernaculo. *Leonardus Marius* arbitratur Tenupha præcipuis qvibusdam Levitarum esse factum, ita tamen ut una cum his sese verterent ac eleverarent reliqui sua sponte, ac cum ipsis e terra exilirent: censetur & illud fortassis probabile. Denique tertio observatam diximus *Applicationem ad ministerium*. Postqvam vero sic Domino consecrati essent, atque e medio filiorum Israelis separati, vel ad literam loquentis scripturæ εὐΦαῖτως donati, donati *Jehovæ*, mox in Tentorium convenitus, seu atrium ad ministrandum ducebantur. v. 15.

TH. VI.

Præterea qvod *vestimenta* Levitarum attinet, nullo, tum temporis, habitu
vel

vel indumenti genere a vulgari turba
 separabantur. Nam cum S. S. adeo ri-
 tus cæteros, etiam qva vestes, non mo-
 do qva summi sacerdotis, ac reliqvo-
 rum secundi ordinis inaugurationem,
 accuratissime descriptos populo reli-
 qvit; atque expresse simul monuit de
 levitarum constitutione, dubitari neqvit,
 qvin etiam indumentorum, si peculia-
 ria fuissent, mentionem injecisset
 vel brevem in locis, ubi reliqvæ con-
 stitutionis memorantur ceremoniæ.
 Davidis demum tempore qvi ut erat
 alias de DEI sui honore ac cultu reli-
 giose sollicitus; ita nec hic suis defuit
 partibus) refertur 2. Paral. 5. v. 12. qvod
 Levitæ pariter omnes tam *filii quam*
cognati corum fuerunt byssō induti. Jo-
 sephus gentis suæ rerum præcipua-
 rum haud infelix collector, Salomo-
 nem, Levitis hymnos canentibus, *stolas*
byssinas ducenties mille fieri curasse refert.
 Scribit etiam in volumine historiæ suæ
 Levitas, qvibus solenne munus erat
 sacris hymnis laudare Jehovahm, adiisse

Agrippam Regem Iude, eumque precibus induxisse, ut habito confessu vel Synedrio, eis usum stole lineæ, quæ tum solis concessa erat sacerdotibus indulgeret. Permississe quoq[ue] ait regem ex Concilii sententia hymnōdis, ut deposito priori habitu, lineam fumerent. Carolus Siggnius L: V. de Repub. Heb. Cap. 5. ait: *Levitatis Hymnorū cantores fuisse indutos byssinis tunicis, atque ita à Sacerdotib[us] lineas habentib[us] fuisse distinctos, pro stola vero byssina, lineam Sacerdotalem impre- trasse tempore Agrippæ.* Qvicq[ue] vid sit de relationibus posterioribus, con stat tamen hasce stolas non sic consecratas fuisse ut Sacerdotum, nec ea ratione eis permissas, ac si easdem orbituri essent in sacris functiones, cum sacerdotibus, cum fatis liqveat quantum munia horum ab invicem distant, qvod jam sequenti Thesi dispi ciemus.

TH. VII.

Ut ante Mosis tempora fixas non habuere suæ religioni exercendæ sedes,

sed

sed vel in locis ubi revelationes divinæ
eis factæ sint, sacratis, vel intra priva-
tos parietes DEO serviebant; sic post
assumptum sibi in peculium populum
Judaicum, informatum, de ratione vera
sese colendi, placuit certo in loco no-
minis sui memoriam inter eos institu-
ere. Hinc cultus sui officia mandavit,
ut imprimis vel ad Tabernaculum *Testi- monii seu Tentiorum conuentus*, uti appel-
latur, juxta ideam ac exemplar Mosis
in monte exhibito erectum, posteriori
tempore ad templum celebre Judæo-
rum Hierosolymis exstructum, defer-
rent. Ut vero tentorium, *portatile*
quoddam erat *Templum* per Arabum de-
serta, sic duplex officii debitum Levi-
tis incumbebat; unum in *stationibus* al-
terum in *professionibus* prius generaliter
præscribit DEUS Num. 1:50. *Præfice tu*
Levitas Tabernaculo testimonii omnibus in-
strumentis ejus, ac omnibus quæ ejus sunt:
ipſi portabunt Tabernaculum & omnia
instrumenta ejus, & ipſi ministrabunt
ei ac circa Tabernaculum castra babe-
bunt

bunt ut cum profecturum erit Tabernaculum descendere facient levite: cum vero consistet Tabernaculum stare facient illud, & extraneus per quem omnis intelligebatur, qui non erat ex genere Levitico) qui appropinquaverit, afficietur morte. Hæc munia speciatim recensentur cap. 3. & 4. Num. Erat ergo ex iis primum, ministrare sacerdotibus ut habet cap. 3. v. 6. jube appropinquare tribum Leui ut sisas eam coram Aarone sacerdote ut ministret ei v. 7. Observentque observationem totius cœtus coram tentorio conventus, excercendo ministerium Tabernabuli quod pariter Num 28 signatur, sed & fratres tuos, de tribu levi sume tecum, prestos sint & ministrent tibi. Cum hac tamen divesitate quod sacerdotes secundi ordinis in Tabernaculo Testimoniis omnia expediant, quæ ad cultum Altaris pertinebant in sancto. His vero levitis ad Altare & via sanctuarii accedere non licuit, ne morte, ad comminationem divinam ibidem expressam, perirent; Hinc notanter dicit

Spiri-

Spiritus Sanctus levitas ministraturos
non in sed *coram* Tabernaculo, hoc est,
ex structura illius, in atrio seu com-
muni sacri conventus loco. Cum pri-
marium creaturæ rationalis censeatur
officium Creatoris celebrare laudes: sic
secundum Levitarum officium Hymnis
Psallere, ac pro populo preces fundere.
Quemadmodum & qva ratione hoc
sacro defuncti sint exercitio, ex Psal.
134. qvi breve sacerdotis speculum, be-
nedictionis plenum appellatur à quo-
dam, videre est. In qvo *euχαριστικῷ*
cantico, vel ut verba inferunt, *cantico*
excellentiārum, exhortatio directa est ad
sacerdotes ac levitas versibus primis,
ut benedicant Domino omnes servi ejus,
qui stant in Domo Jehovæ, & singulis
noctibus attollant *manus suas in sanctiāce*
& benedicant Jehovā. Cum vero de dignita-
te esse sacerdotali non videbatur bajulo-
rum suscipere onus, hinc 3. Levitis id in-
junctum, ut *non modo* facram affervarent
supellectilem, sed ut in *itineribus ac profe-*
cti-

etione, Tabernaculum suis cum vasis portarent. Præcavere voluit DEUS ne sacri cultus vasa, vel a plebe promiscua cernerentur, vel Levitarum oculis nuda & sine tegumento subjicerentur hinc sub mortis, pœna præsentissima arcebantur. Unde & haberi potest ratio cur strage tot hominum, nudam visam arcam Domini, luerint Bethsernitæ i. Sam 6. 19. hinc Aaronis ac Aarondarum peculiare ac incommunicabile munus, *in profectionibus castrorum memoratur depositio ac involutio rerum sanctissimarum ac sanctiorum ut loquitur Doct. Varren.* in hunc locum. Sacris vero ut area, mensa, Altari Lychnucho jam ab his involutis ac obtectis operimento hyacin- tino, Levitarum eadem imponebantur humeris portanda ; Interea Moles Celeusma intonabat sonorum : Surge Domine.

TH. VIII.

Uti verum est e tribu Levi ori- undos, hisce ministeriis circa Taberna- culi deportationem, fungi solitos, ita in quat-

qvatvor ordines contentionis evitan-
dæ causa in officio obeundo, dispesce-
bantur, qorum & diversa munia. Pri-
mae fuerunt partes Aharonis & filio-
rum ejns, hoc est sacerdotum summi
& inferiorum; *Caathitis secundæ*; Ger-
sonitis *tertiae*; Meraritis *qvartæ* delatæ.
Filiorum igitur *Caath cultus vel onus*
ut script: loquitur erat, præstantiores
sanctuarii deferre partes in castrorum
motione uti 1. *Aulaeum sacrum* qvod
inter sanctum sanctorum expansum
erat & sanctum; reliqua tegumenta ac
vela Num 34 26. inter onera recen-
sentur Gerschonis 2. etiam arcam de-
portarunt fœderis, verum quousque
sacerdotes numero aucti, eam depor-
tare possent, ut observat Junius Deut:
31. 9. nam sacerdotibus id oneris in-
cubuisse, omnia historiarum exempla
in libris Josuæ, Judicum, Samuelis &
Regum monstrant 3. mensam auream
panum faciei, cum panibus suis & vastis
v. 7. 8. c. 4. Num. *Lychnum aureum luminaris,*
lucernas ejus & forcipes ejus & trullas & o-

mnia vaſa olearia quibus ministrare sole-
 bant. 5. Altare aureum thymiamatis
 qvod intra sanctuarium cap. cit. v. ii. 12. 6.
 Altare holocaustorum cum fuscinulis,
 forcipibus, palis. Verbo, omnia instru-
 menta Altaris. Hæ res sanctæ pariter
 omnes involutæ fuerunt onus chati-
 tarum. Custodiæ Gersonitarum deman-
 dabantur tegumenta ac expansum Ta-
 bernaculi, qvod undecim constabat au-
 læis, cui duplex adhuc imponebatur
 operimentum, unum de pellibus *arietum*
rubefactis, alterum de pellibus taxorum
 ut Exod 26.7. 14. extat portabant etiam
 tapetes ocellatos atrii, tegumentum in-
 janua portæ atrii, qvod est ante *Ta-*
bernaculum & funes eorum & omnia
 instrumenta, his ministeriis accom-
 modata, ut Num. 25. & 26. cap. 4.
 14. seq. habetur. A Meraritis asserva-
 bantur asseres Tabernaculi, pessuli,
 columnæ, stylobata atrii, circumqvaque
 cum reliquis instrumentis; atque hæc
 quæ sic servanda tradebantur, in indi-
 cem relata fuerunt, eisque commissa
 Ex.

ex Num: 7. 3. 35. quemadmodum colli-
gi potest. Meraritæ itemque Gersoni-
tæ adhibuerunt plaustra, in vehendis
rebus sibi concreditis, utpote gravioris
oneris ac ponderis.

TH. IX.

Circa breviter jam consignata ex
sacris munia, occupabantur Levitæ ad
Davidis usque imperii annos. Cum ve-
ro tum cessare humeri ministerium vo-
luerit, in consilium assumptis Gad. vi-
dente regio, Nathanael Propheta, ne in-
consultius qvid susceptum videretur,
priori Levitarum ordine quasi abroga-
to ut non necessario, cum exspirare vo-
luerit portationem, & *cultus* jam placu-
erit stationarius, alium ejus loco con-
stituit ut ex 1. Par. 23. v. 5. 29. Cap. v. 25.
patet; quam patris sui beati constituti-
onem filiali obseqvio effectui dabat Sa-
lomon ut 2. Paral. 8. 26. dicitur fecisse
secundum rationem patris, nam sic præce-
ptum Davidis viri DEI fuerat. Qvin &
zelo divino incensus Ezechias in refor-
matione

matione soleanni, cultus collapsi, ad Davidicam hancce respexit constitutionem: nam restituit Levitas in Domo *Jehovæ* cum *Cymbalis* cum *Nobis* & cum *Citharis* ex præcepto Davidis & Gadi videntis regii & *Nathanis Prophetæ* ex 2. Paral. 29.25. antea citato. Erat vero ordo Levitarum quadruplex, ut 1. Paral. 23. in recensione eorum annotatur, excrevit numerus horum ad triginta octo millia virorum. Ex his qui præessent operi Domus *Jehovæ* vices quatvor mille numerati sunt, & hic *ministrantium* est ordo. *Moderatores* ac *Judices* sex mille; quatvor millia *Janitorum*; quatvor mille laudantes *Jehovam Musici*. Quemadmodum in Tempiternæ laudis memoriam de nominato prius rege Jech. zkija dicitur 2. Paral. 31. 2. restituisse eum distributiones id est ordines ac vices, & Levitarum quemcunque secundum ministerium suum, ad ministrandum, celebrandum atque laudandum in Portis castrorum *Jehovæ*, sic enim templum appellatur in quo populus ac ministri Dei

DEI conveniebant Castrensi qvasi statione divisi, qvisque suo loco, ordine sane decenti, sacra peragentes. Ministram horum munus erat sacerdotibus in victimarum cæsione, Libanum confectione, ac reliqua occupatiōne subservire. Hinc facile interpres existimant, in restaurazione Temp̄i à Josia rege suscepta, Levitarum munera tuisse paulo dilatata seu ex 2. Paral. 35. v. 3. probatur. Nam illic dicuntur *præparantes* res sanctas Jehovæ, 2. Paral. 29. 34. *pelle nudare holocausta omnia*, cum ex prima Lev. Cap. 1. 6, institutione sacerdotum fuerit id oneris subire. Additur vero ratio citato in loco, qvod *sacerdotes* fuerint *panciores*, neqve poterant omnia denudare *holocausta*; occupati enim erant oblationibus offerendis, idcirco hoc Levitæ cognati eorum in se derivarunt, qvod alioquin sacerdotum erat, ita tamē ut detra&ta pelle, dimembratio ac in ignem immissio sacrificiorum, sacris Myſtis reservaretur. Etiam conceſ-

sum Levitis ministrantibus ut *panes faciei* vel *propositionis* præpararent, qvod ex divina tamen ordinatione Levit. 24:5. sacerdotibus injunctum. Hujus generis Levitæ in classes viginti quatuor dispescabantur, qvi, perinde ac Sacerdotibus suæ stationes erant, singuli per vices suas, una hebdomade in templo, secundi ordinis ministris sua afferrent obseqvia, ut sic quotannis recurrerent singularum classium vices, quibus ab *sabbato ad Sabbathum* i. e. una integra septimana, deserviebant in Templo ut loquitur Tirinus.

TH. X.

Nunc seqventi linearum ductu breviter *judicium atque cantorum* mentionem faciemus, illorum scilicet *judicium* qvi etiam a Davide i Paral 23 constituti leguntur, quorum erat in casibus dubiis & perplexis Legem DEI interpretari. Quemadmodum apud Israelitas diversa erant judicia, scilicet *synedrium magnum, minus & trium virorum consesus*, sic existima-

mus Assessores fuisse, ut ex reliquis
tribubus, ita etiam ex levitica, selectos.
duravit vero hæc Judiciorum consti-
tutio usque ad tempora scilob juxta
prophetiam Jacobæam. Gen. 49. Ho-
rum vero scilicet *Cantorum* erat sacras
cantiones seu prophetias voce vel instru-
mentis modulari ac canere, qvodi Par.
15.16. cap.23.5. cap.25.1. per prophetare in-
citharis, *Psalteriis* ac *Cymbaliis* effertur. Mu-
siconum vero constituit sortes David
24. qvo una eorum fors, uni sacer-
doti canendo ac modulando ministra-
ret, qvorum & fuit interdiu ac noctu
1. Paral. 9. 33. in hocce verlari opere.
Moderatores horum seu principes,
Grotio *κορυφαιοις χορος* dicti, numero
tres erant ex tribus familiis Leviticis
Heman, *Assaph* & *Ethan*. *Heman* in fa-
milia Caatitarum, huic adjungebantur
filii ejus 24. qvorum erat secundum
textum: *in Verbis DEI de extollendo cornu*
versari, hoc est in hymnis sacris per-
tinentibus ad regis aut regni robur
& amplitudinem, qvæ juxta exposi-
tio-

tionem vulgarein fere cornu elevatio-
ne exprimi solent. *Aſſaph* in Gerso-
nitarum, huic astiterunt filii ejus *pro-
phetantes* hoc est hymnos decantantes
propheticos & didascalicos conscriptos.
Ieronimus a Davide, ac in ecclesiæ uſum
receptos, qvod videtur posse elici ex
comparatione ad ea, qvæ dicuntur He-
man jedutun cecinisse, ut & ex col-
latione inscriptionum in Psalmis, qvi-
bus *Aſſaphi* præfigitur nomen. *Ethan*
in familia Meraritarum, illi ad manus
fuere filii 6. qvi *prohetabant* de cele-
brando ac laudando *Jehova*, idque si-
ve commemoratione liberationum præ-
teritarum ut Psal. 39. & 7.7. qui inscri-
buntur nomini illius, vel universe ad
laudem DEI extollendam. Mo-
deratores hi cæteris præpositi vocaban-
tur מִלְמָד hoc est, docti *Cantici*, qvi
cæteros in musicis erudiebant. Sic hi
Jehovæ constituti Musici induti byſſo,
cymbalis nabliis instrumentisque lau-
dabant *decorum sanctitatis*. Paral. 20. 21.
h. e, *Deum quoniam in seculum benignitas*
ejus

ejus & 2. Paral. 5. 12. quia bonus est. Ex
 qvibus luculenter liqvet frequentissime
 in devotionis sinceræ suffitum adhi-
 bitem fuisse, Psal. 136. Confitemini Do-
 mino qvoniā bonus, qvoniā in æternum
 misericordia ejus, ubi hæc verba ultima
 tanquam selectioris fragrantiae thymia-
 ma, per integrum resonando resonant
 Psalmum. Locus in quo cantabant ac
 instrumenta pulsabant, censetur intra
 atrium sacerdotum fuisse. Qvod &
 suffulciri videtur ex 2 Paral. 5. 12. ubi
 dicuntur Levitæ Musici ad orientalem
 plagam Altaris holocaustorum consti-
 tisse, cumqve eis sacerdotes Tubis ca-
 nentes, cum in templum Arca Domini
 adduceretur. *Arie Montani* in Appa-
 ratu Sacr. Bibl. libro de structura & fa-
 brica templi, opinionem, esse, suggestum
 inter sacerdotum & Israels atrium con-
 stitutum, in quo levitæ musicis instru-
 mentis, solemnium ac quotidianorum
 sacrificiorum tempore canerent, refert
 B. Qvenst: in antiq: p. 66.

Tir. XI.

Succedit jam ordinis janitorum consideratio. Horum erat munus ad atriorum vel Templi portas continuo excubare, id distributi sunt per vices seu classes viginti quatuor, quemadmodum & reliqui levitarum ut 1. Part. 26. videre est. Quanta vero cura ac sollicitudine huic delegato negotio praesesse debeant, 2. Par. 35. v. 5. nobis exhibet caput: janitores per portas singulas, Heb. ad portam & portam observabant, ita ut nec puncto quidem discederent a ministerio, quamobrem & fratres eorum Levite paraverunt eis cibum. Et prout in Domo sacra a Salomine exstructa duo erant atria Sacerdotum ac Levitarum, interius scilicet; alterum populi ac exterius, sic & ad portas atriorum horum statuebantur ostiarii Judaici. Ne vero nimis somno, otiose censeamus diffluxisse eos, statuonem suam aggressos dicit scriptura Hebr. & in mane & in mane h. e. primo diluculo quo etiam tempore fores templi aperiebant 1. Paral. 9. 27. circa Domum

mum DEI pernoctant: illisque incumbit
 custodia & praesunt aperturae sic 2. Paral.
 23. 19. dicitur Jehojadah tempore Re-
 gis Joachim, Israëlis restituisse Janitores
 in portas Domus Jehovæ, ne ingredere-
 tur in mundus. Præterea nec hacce solum
 detinebantur custodia, sed etiam aliis
 rebus sacris asservandis præficiebantur,
 uti *Exedris* cubiculis sive in quibus The-
 sauri sacri condebantur, sacri pariter
 supplex, vestes nimirum sacerdotales
 ac Leviticæ; His quoq; commissa erant
 vasa ministerii, quæ sacrificiorum usui de-
 lata fuere, sic enim 1. Par. 9.v. 26. & 28. In
 statu munere suo quatuor potentissimai Janito-
 rum erant. h. e. in quatuor plagas Heb.
 ventos locati, primarii qui illic recen-
 sentur sui ordinis custodes (præerunt
 cubiculis ac *Thesauris Domus DEI*. Ex his
 quoque præsint instrumentis ministerii,
 nam certo numero inferent, ea certo
 que numero deproment, 1. Chron. 26.v. 6.
 dicitur de Achija quod prefuerit *Thesau-*
ris Domus DEI, *Thesauris inquam rerum*
faciarum. Erat ergo is Meritarum quasi

Quæ-

*Q*uestor, ut non nemo ait; Qvod etiam
 sacræ peccuniæ colligendæ exhibiti
 fuerint hi Janitores ordinis Livitici, ad
 oculum patet 2. Reg. 22. v. 3, & 4. ubi
 Joschija cultus divini instaurator, Seh-
 phanem Scribam misit ad Chilkijam
 sacerdotem summum hocce mandato:
 ut *absolveret confitare* pecuniam inferen-
 dam in domum Jehovæ, *quam college-*
runt custodes Liminis à populo h. e. ut ex-
 acte vel perfecte conflerat argentum
 rude & non percussum ut exponit Va-
 tablus; vel in unum colligat ac exigat
 ab ædituis. Perpendimus præterea Phi-
 lonis Judæi verba qvæ janitorum
 breviter includunt negotia: *editui alii*
janitorum officio functi; *alii vestibulum*
observarunt, *alii nocturnas diurnasque*
custodias Templi per vices sortiti gerunt,
qvibusdam curæ fuit porticus atrium-
gne verrere, *& scobes & quisquilias ex-*
portare, *munditiemque curare*. Interim
 non existimandum Levitas tantum-
 modo bajulos ac lanios fuisse, verba
 sunt B: Galovii in Bibliis Illustratis

Sed,

Sed studia doctrinæ de DEO, & alias artes Ecclesiæ & reipublicæ necessarias simul callaverunt: & sacerdotibus in propagatione cœlestis doctrinæ, literarum, doctrinæ de anno artis medicæ, musicæ, in judicandis dogmatum controversiis, in erudiendis ac confirmandis ambigentibus conscientiis præsto fuere, ad Cap. Num. 3.

TH. XII.

Ultima tandem cura erit circa Nathinæorum conditionem consignandam. Hi primordia sua debent urbi Gabaon qvæ deinceps in tribum Benjamin cecidit ac urbs facta sacerdotalis. Isti in expeditione occupationis terræ promissæ, ea qva erant calliditate Josuam populi DEI ductorem circumvenere, ut juramento principes multitudinis se stringerent, ne internecioni devoverentur, id qvod sancte promissum religiose servatum est Interim ne gratis vel impune id nequitiae se commisisse autumarent, in ligna cædentes & aquas haurientes

tes omni conventui dati sunt, hinc nō
men eorum נָתַן procul dubio
a Heb: נָתַן dedit, donavit, qvasi donati
aut dati Domino aut templo ejus de-
dicati: hinc Josepho sacri servi vel
δημόσιωι δέλται servi publici audiunt, qvia
templo rebusqve sacris serviebant, a-
qvis qvibus victimæ vel sacerdotes
abluerentur, comportandis lignis, qvæ
holocausto & Altari, aliisqve templi usi-
bus necessaria erant, cædendus: Incre-
dibilis certè erat laboris hocce opus ob-
multa sacrificiorum millia, qvæ indi-
tes afferebantur. Augebatur vero
in solennioribus festivitatibus. Exi-
stimator tamen eruditi, hancce levem
servitutem per probaticam piscinam vel
fontem Schiloach Neh: 3. 15. ad por-
tam gregis fluentem, nec non per fe-
stum Xylophorice de quo Iosephus.
Suffecit tamen ignaviæ discutiendæ,
cum adhuc aqvæ illis ad culinas tem-
pli essent portandæ, ligna pariter, si
qvæ festo Kylophoriæ apportabantur,
non sufficerent, advehenda. Habitatio-

eorum non videt" assignanda uni vel certæ alicui civitati, qvippe qvæ tot sufficere neqvivit viris. Verum constituta erat in *urbibus* sacerdotalibus ac *Levitus* ex *Est.* 2. v. ult. *Qui* vero illis temporibus festis solennioribus serviebant, Jecuschalamis hahitabant in clivo *ophet*. ex adverso portæ aquarum ut *Neh:* 3. 26. dicitur. Hæc fere fuere qvibus DEO, conscientiæ, præceptoribusq; aliqalem temporis expensi rationē reddere ut decuit, constituimus.

NOMINI TUO OPTIMO
DEUS
G L O R I A!

Scita

Scita sub imagine, veternoſi hominis deſpinxit fata, qvi dixit: *Rufius expeſtat dum defluat omnis: at ille labitur, & labetur in omne volubilia ævum.* Ea eſt sublunarium vicissitudo, qvod puncto ſæpe temporis irrevocabile qvid verti arbitremur. dimittunt plerique mortalium qvæ in manu ſunt, disposituri de iis qvæ in posterum assignat fortuna. Cæteris haud exigua elabitur vita statio dum otio corpus alunt molli qvos ſpe duci inani cendendum, qvippe res exceptunt pariter diverſissimas, ignaviæ voluptatem ac nobile virtutis decus. *Pereſimie Respondens*, ut levis eſt ingenii inanem conſectari rumorem, ſic firmi putatur animi honestum ac juſtum eruditioñis haud emendicatae fructum modeſte non recuſare, cum vel invitos comitetur. Publico Tu ſpecimine feliciter vel me non interprete, explicuisti ingenii egregii vires ſi iccirco ea occaſione ego tuto in laudem tuam affererem: *Niſi vitem ſeruiffes ſatamq; diligenter excoluiffes oleum ſucus poma, (noſti me ſubtice nqvid ſibi velint) non eſſes habiturus.* Et ſcias licet Te cum pluribus eam ut in diſcretam pediſſeq; vam habere ac comitem qvæ libenter eis detrahit, qvos corrumpere non potuit, erit tamen more ingenii humani aliqvid ſolatii in ſocietate, cogitare id Tibi accidiffe qvod ante ſe pluribus, ſic tulit

tulit sepe succus amarus (qvà virtute jam non
dixerò) laborantibus opem. Est quod gratuler
parentibus honestissimis, qvorum de te con-
ceptum foves re ipsa ac alis animum , nec fal-
letur notis ac amicis suo augurio bona spes. Sup-
plex proporro Optimum veneror Deum , ve-
lit inceptis sua assistere gratia , sine qva mar-
cescunt cuncta , qvo hic, ei acceptus sis , illie
in gloria evadas ecclœstis Academiæ civis !
vovet id

T. Familiaritate conjunctissimus

H. Ross.

Wad om Leviterna om deras
Offer Seeder/
Samt åmbeten/ och tiånst/
wijd Herrans Helgedom
är vthaf Mose talt; det med sin lär-
da dom.
förfatrar Sinriijt nu WERANDER
sig til Heeder:
Så far nu lycklig fort at fråmia Her-
rans Åhra
ät Ehr en mot ell med ell någon
ting förföra !!

Önstar Herr WERANDERS
L. W.

C

C. P.

*Præstantissimo & morum cultu pereximio bujns
DE LEVITIS Disputationis auctori insigno,
in eruditionis perpetuam laudem.*

Hæc dirigitur, brevis licet

GRATULATIO.

UT Levitæ qvondam ob opera DEO placentia populo Israelitico placuerunt, ita tuum de Levitis egregium eruditis placet opus. Tibique honori datur unice quod Levitis præ cæteris gratiorebus DEI cultus exhibentibus, poteris opere & ingenio conferri.
Vale.

Festinanti calamo addita

P. P.

*Mid Publication af
Sin högtåkade Lantsmanns
Her JACOBI WERANDRI,
Berömlige Lärdoms Prof/
Infollo desse Tanckar hoos hans
Trogne Wän/
Sæde å rätta Gudahem/ det himbla
manna börde/
Dit Jacobs Barnabarn en lysand
Eldstod förde
Skul*

Skull mellan Slächten blij med lott til
jämnað rijfwit
Wart Lewi Barn allen från Feide Lånet
drijfwit/
Men fick doch formåu stor/ at der des
andra Bröder
En tråksam närrning had' måst skjöta Eng
och Söder/
Måst siffl til plogen gå/ och meer slijf
handel yrckia
Ha' deße walde blit/dé högst til at dyrckia/
At reda offren til/ som brotten skulle sona/
Ocharine incensko barn/för strångastraffet
skona/
At taga tijender och der af hafwa födan
Samt sedan wara frij för timlig närr-
ningz mödan
Med så starkt frijhetz breef har hwullen
forna tijder
Sin tienars trohet lönt; men nunår al-
ting skrijsder
Af ödetz borgad slut til ändringz mählet
svåra
Skal lycklig ståttas den hwars nöye eh
blijr sara/

Af

Af världzens widrighet. th mā of tijden
I tijd vårt båsta see; at wij få naminet
Af klokt försichtigheet. Såll är I om I
Min wän WERANDER rått/ och ehr en
Til olönt tråldoms oot. Jag önskar der
Och skal om wänstap vår/ städz meer
låra
håra
wällier

CHRISTIERN BONELIIS,
S. F.

EN vegetum ingenium pimpleo rore rig-
tum.

Casalidesq; tuae pignora mentis amant.
Scandere Parnassi summo contendis amore
Rupes. digna tibi præmia Apollo dabit.

Ita Cognato suo ex animo
gratulatur

CHRISTIERNUS WERANDER.

